



**Antoninus Diana Panormitanus, Clericus Regularis, Doctor  
Celeberrimus, Coram S. D. N. Alexandro VII. Episcoporum  
Examinator, & Sancti Officij Regni Siciliæ Consultor,  
Coordinatus, Seu Omnes ...**

**Diana, Antonino**

**Lugduni, M. DC. LXXX.**

151. An Novitiatus factus partim in uno co[n]ventu, & partim in aliam eiusdem Ordinis sit Validus? Et an in tali casu Noviuius indigeat ad profitendum consensu utriusque Monasterii? Ex p. 9. tr. 7. & ...

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-76429](#)

bauer fatto l'anno d'ella probatione; e la medesima professione in luoghi designati, à recire Novitii; alcuni di essi Regolari, che siano di famiglia ne Conventi o Monasterij di questa città e Diocese, in vece di comulgar le professioni sudette, fanno infanzia avanti V. S. o del suo Vicario, affinch' interpongono decreto, e diano loro licenza di lasciar l'habito, e ritornare al secolo in habitu clericale, sotto pretesto come si suppone ch'in detta Bolla almeno tacitamente si dia à gli Ordinarij tal facoltà. E perché ciò è del tutto alieno d'alla mente d'ella Santità sua, ne tali dichiarazioni di nullità di professione si possono fare se non sernatis fernandis conforme alla disposizione dei Sacri Canoni, Constitutione e Decreti Apostolici, e particolarmente del sacro Concilio di Trento. Però l'eminenze loro mi hanno ordinato discuterle, che si astenga dall'interporre li decreti, e dare le licenze iudette in vigore di detta Bolla, & ordini al suo Vicario, che non le dia ad alcuno, e bauendone dati, procurare che quanto primaritorno nei claustris con l'habituo loro regolare, e prefererà in ciò ogn'auto a li loro Superiori, affinché li facino ritornare. Dio la preserui. Di Roma al primo di Iulio 1633. di V. S. come fratello il Card. S. Onofrio.

† Locus signilli. ANTONIUS TORNIELLVS.

Et hanc epitolam inuenies expressam apud Peyrinum ubi sapr. numero 3. Vnde ex his patet optimè aliquos Iurisconsultos his diebus, dum quidam Religiosus intendebat suam annuallare professionem stante decreto supradicto Clementis VIII. & Billa Urbani VIII. dixisse non esse audiendum, nisi petret à Summo Pontifice refutacionem quinquenni, de quo loquitur Concilium Tridentinum sessione 25. capite 19. de Regularibus, & pro firmanda eorum sententia adducabant doctrinam à me traditam in teria parte, tractatu secundo, resolutione 62. quam omnino vide,

### RESOL. CLI.

An Novitius factus partim in uno Conventu, & partim in alio eiusdem Ordinis sit validus?

Et an in tali casu Novitius indiget ad profundum consensu viriisque Monasterij? Ex p. 9. tractat. 7. & Misc. 2. Ref. 44.

**S. I.** Sic inuidum docet Franciscus Sylvius, in clytus Theologie Professor Duaci: sic enim afferit, in suis var. resolut. part. 2. verb. Novitus, 2. [An Religiosus Sancti Bernardi, qui annum Novitius incipit in uno Monasterio, possit illum annum continuare, & completere in alio Monasterio eiusdem Ordinis, maxime cum de uno in aliud se transtulit, absque intervallo temporis, præterquam unius diei ad iter confidendum necessarium? Respondeatur, non posse: quia, iuxta Concil. Trident. sess. 15. cap. 15. de Regal. annus Novitius debet esse integrus, & iuxta communem, ac receptam sententiam, de qua cum multis Bartol. allegat. 101. numer. 23; continuus; non potest autem censeri integer, & continuus quando per egressum ad aliud Monasterium (tamen eiusdem Ordinis) fuit interruptus: quoniam annus ille debet compleri intra claustra Monasterij, nisi forte de Superioris licentia ad aliquod tempus egredetur Novitus, manens interim lemporibus eius obedientia; quemadmodum videri potest apud Bartol. n. 26. & 28. Confirmatur tempus probationis praescriptum est, non solum in favorem Novitiij ut experiri possit alperites Monasterij, sed etiam in favorem ipsum Monasterij, vt mores Novitiij possit

Tom. VII.

experiiri, c. ad Apost. de Reg. ad talem verò utrinque experientiam, oportet, Novitium in eodem Monasterio, vel late sub eiusdem Monasterij obedientia, vivere toto tempore Novitatus, ac per consequens non potest partem istius temporis degere sub unius Monasterij obedientia, & partem sub alterius.] Ita Sylvius, qui pro sua sententia adducit aliqua loca Nauarri.

**2.** Sed prorsus affirmativa sententia adhærendum esse puto cum Bordono 10. 2. resol. 54. n. 5. Pellizzario in Manual. Reg. 10. 1. tr. 3. c. 3. n. 21. & aliis communiter: nam est falluum, quod in nostro casu interrupatur annus Novitatus, cum solique mutentur loca Novitatus, manente eodem Novitatu: tum quia Novitatus ordinatur ad probandum Novitium, at aequè bene is probati potest in diversis locis, in modo fortè melius, cum in pluribus Monasteriis plura possit experiri, quam in uno tantum: quod si Nauarri. consil. 27. de Regal. sufficit fuisse nullam Professionem eius qui professus est præmissò Novitatu per decem menses in uno loco, & per reliquias in aliis: loquitur de transiente sine Superiorum licentia, id est oppositum affereret in casu nostro. Non est igitur recedendum à nostra sententia, ex qua patet responsio ad argumentum Sylvii & ad Nauarri authoritatem, quam in sui favorem adducit.

**3.** An autem in tali casu Novitius indiget ad profundum consensu viriisque Monasterij? vide citatos Authores, afferentes non requiri, si saltem aequaliter manet in utroque loco: fecus autem si in posteriori manerit tantum per tres, aut quatuor menses: tunc enim requiritur consensus etiam prioris Monasterij, cum in posteriori non sit sufficienter videatur probatus. Et ita ego etiam sentio.

### RESOL. CLII.

Quis ingressus in Religionem esset in quartu menses in Novitatu ut laicus, postea transiit in statum Clericalem, & perfecit annum Nonstatiuus quartu. an eius professio fuerit valida?

Et quid est contra: Ex p. 9. tr. 6. & Misc. 1. Ref. 12.

**S. I.** V Ideetur respondendum negatiuè ex def. eti. anni Novitatus continuu: nam statu laicu: calis differt è statu clericali: ergo Novitius factus in uno, non potest deferire pro alio: unde annus novitatus iterandus est, quando aliquis Conferendum ad statum Clericalem transfertur. Et ita afferunt fuisse declaratum à Sacra congregatione anno 1618.

2. Probatur etiam ex Decreto Clementis VIII. in Institut. super recept. & educat. Novit. §. Tempore. in quo sic habetur: Sed quis ad Conversum Habitum recepti fuerint, ad clericalem statum transire etiam durante tempore probationis, non possint. Et verbum, non posse, formam inducere, & importare, tradit. Sanchez de Mauri, lib. 6. disput. 36. num. 20. afferens, quod verbum, Potest, proposita negatione tollit potentiam, & reddit actu nullum. Quod etiam docet Rebelloius de oblig. instit. part. 1. lib. 1. quest. 6. num. 42. & Gomez in cap. ut animalium, §. statuti, num. 24. de const. in 6. & alijs.

3. Sed de hoc casu interrogatus, ego affirmativa sententia adhæsi: quia Concilium non requirit aliud ad validitatem Professionis, nisi annum Novitatus continuum sub cura Praelatorum, sed dictus Novitius per annum continuum existat in Novitio sub obedientia Praelati, & austeritates Religionis expertus est, non solum in statu Clericali, sed etiam Laicali: ergo. Et ita hanc senten-

Sup. hoc legi  
inf. doctrinā  
R. 178. fig.  
natur. §. Sed.

Sup. hoc ver.  
Non poss. in  
fin. huius R.  
& latissime  
in to. 6. tr. 1.  
R. 30. & in  
to. 2. tr. 5. ex  
lata doctrina  
R. 180 §. Sed  
hic ad med.  
& §. Verum.  
in fin. & ibi  
in tr. 4. in R.  
70 lege eius  
latam doctrinā  
nam, & hic  
infra vide R.

13. statum